

20 C. SVETONII TRANQ.

esset. Sacra etiam Isidis sæpe in lintea, religio saq; ues-
te propalam celebrasse. Per quæ factum putem, ut
mors eius minime congruens uitæ, maiori miraculo
fuerit. Multi præsentium militum cum plurimo fletu
manus, ac pedes iacentis exosculanti, fortissimam ui-
rum, unicum imperatorem prædicantes, ibidem sta-
tim nec procul à rogo uim suæ uitæ attulerunt. Mul-
ti & absentium accepto nuntio præ dolore armis in-
ter se ad internecionem concurrerunt. Deniq; magna
pars hominum, incolumem grauisimè detestata, mor-
tuum laudibus tulit, ut uulgò iactatum sit, etiam Gal-
bam ab eo non tam dominandi, quàm Reipub. ac li-
bertatis restituendæ causâ interemptum.

Interne-
cio siue in-
ternectio.

C SVETONII
TRANQVILLI

Aulus Vitellius.

Stirps & origo Vitelliorum.



ITELLIORVM originem
alij aliam & quidem diuersissi-
mâ tradunt: partim ueterè et no-
bilè, partim uerò nouâ & obscu-
ram, atq; etiâ sordidam. Quod
ego per adultores obtrectatos
resq; imperatoris Vitellij euenisse opinarer, nisi ali-
quando

quando de familia cōditione uariatum esset. Extatq; elogij ad Q. Vitelliū diui Augusti Quæstorē libellus, quo continetur Vitellios Fauno Aboriginū rege, & Vitellia, quæ multis locis pro numine coleretur, ortos, toto Latio imperasse. Horū residuam stirpem ex Sabinis transisse Romam, atq; inter patritios alle-
lectā. Indicia stirpis diu māssisse, uiam Vitelliā ab lani-
culo ad mare usq;. Item coloniā eiusdem nominis, quā p allego.
gentili copia aduersus Equiculos tutandā olim de-
poscissent. Tempore deinde Samnitici belli praesidio
in Appuliam misso, quosdā ex Vitellijs subsedisse Nu-
ceria: eorumq; progeniem longo post interuallo re-
petisse urbem, atq; ordinem senatorium.

Pater, materq; Vitellij, cuiusq; pueritia.

CAP. II.

Contra plures autorem generis libertinum pro-
dederunt Cassius Seuerus, nec minus alij, eun-
dem & suturem ueteramentarium, cuius filius sectio-
nibus, & consuturis uberius compendium nactus, ex
mudicre uulgari Antiochi cuiusdam furnariam exer-
centis filia equitē Ro. genuerit. Sed quod discrepat,
sit in medio. Cæterum P. Vitellius domo Nauceria. si-
ue ille stirpis antiquæ, siue pudendis parentibus atq;
auis, eques certē Ro. & rerum Augusti procurator,
quatuor filios amplissime dignitatis cognomines, ac
tantum prænomnibus distinctos reliquit, Aulum, Q.

P.L. Aulus in consulatu obiit, quem cum Domitio Neronis Caesaris patre iuerat, prælatus alio sui, famosusq; cœnarum magnificentia. Quintus caruit ordine, cum autore Tiberio secerni minus idoneos Senatores, remoueriq; placuisset. P. Germanici comes Cn. Pisonem inimicū, & interfectorem eius accusauit, cōdēnauitq;. Ac post præturæ honorē inter Sciani consocios arreptus, & in custodiam fratri datus, scalpro librario uenas sibi incidit. Nec tam mortis poenitentia, q̄ suorum obtestatiōe obligari, curariq; se passus, in eadem custodia morbo periit. L. ex consulatu Syria præpositus, Arthabanum Parthorum regem summis artibus, nō modò ad colloquium suū, sed etiam ad ueneranda legionū signa pellexit. Mox cum Claudio principe, duos insuper ordinarios consulatus, censuramq; gessit. Curam quoq; imperij sustinuit, absente eo, expeditione Britannica, uir innocēs et industrius, sed amore libertinæ perinsāmis, cuius etiā saluus melle commixtis, nec clām quidem, aut rarò, sed quotidie ac palām arterias & fāuces pro remedio fouebat. Idem miri in adulando ingenij, primus C. Cesarem adorari ut deum instituit, cum reuersus ex Syria non aliter adire ausus esset, quām capite uelato, circūuertensq; se deinde procumbens. Claudiū uxoribus, libertisq; addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Messalina petijt, ut sibi pedes præberet

beret excalcianos; detractumq; socculum dextrum,
inter togam, tunicasq; gestavit assidue, nonnunquam
osculabundus. Narcisi quoq; & Pallantis imagines
auras inter lares coluit. Huius & illa vox est, sepe
facias, cum seculares ludos edenti Claudio gratula-
retur.

Adolescentia eiusdem. CAP. III.

Decessit paralyti altero die q̄ correptus est, Altero, p̄
postridie
duobus filiis superstitis, quos ex Sextilia
probatissima, nec ignobili scemina editos Consules vi-
dit; quidem eodem ambos, totoq; anno, cum maio-
ri minor in sex menses successisset. Defunctum Sena-
tus publico funere honoravit. Item statua pro rostris
cū hac inscriptione, PIETATIS immobilis erga
principem. Aulus Vitellius L. filius IMP. natus est
Octavo Cal. Octob. uel, ut quidam, septimo Idus Se-
ptemb. Druso Cesare, Norbano Flacco COSS. Ge-
nituram eius prædictam à mathematicis, ita paren-
tes exhorruerunt, ut pater magnopere semper con-
tenderit, ne qua ei prouincia uiuo se committeretur:
mater & missum ad legationes, & appellatum impe-
ratorem pro afflictio statim lamentata sit. Pueritiam,
primamq; adolescentiã Capreis egit inter Tiberia-
na scorta, & ipse perpetuo † Spintrix cognomine
notatus, existimatiq; corporis gratia initium & cau-
sa incrementorum patri fuisse.

† Al Spin-
theria?

Sequenti quoq; etate omnibus probris contami-
natus, precipuum in aula locum tenuit, Caio per-
curigandi, Claudio per alca. studium familiaris. Sed
aliquantò Neroni acceptior, cū propter eadem hæc,
tum peculiari merito, quòd præsidens certamini Ne-
roneo, cupientem inter citharædos contendere, nec
quamuis flagitantibus cunctis promittere audentem,
ideòq; egressum theatro reuocauerat, quasi perseue-
rantis populi legatione suscepta exorandum præ-
buerit.

Honores per eum administrati. CAP. V.

Trium itaq; principum indulgētia, non solū ho-
noribus, uerū et sacerdotijs amplissimis auctus
proconsulatū Africa post hæc, curam quoq; operum
publicorum administrauit, & uoluntate dispari &
existimatione. In prouincia singularem innocentiam
præstitit biēnio continuato, cū succedenti fratri lega-
tus † substitutus esset. At in urbano officio dona atq;
ornamenta templorum surripuisse, & commutasse
quedam ferebatur, proq; auro & argento stannam
& aurichalcum supposuisse.

Vxores & filij eiusdem. CAP. VI.

† al. substi-
tisset.

† al. Petro
Sianum.

Vxorem habuit Pretroniā consularis uiri fili-
am, et ex ea filian † Petroniū captum altero
oculo. Hunc heredē à matre sub cōditione institutū,
si de

si de potestate patris exisset, manu emisit: breuiq; ut creditum est, interemit, insimulatum in super parricidij, & quasi paratum ad scelus uenenum ex conscientia hausisset. Duxit mox Galeriam Fundanam prætorio patre. Ac de hac quoq; liberos utriusq; sexus tulit, sed marē, titubantia oris, propè mutū & elingūe.

Germania eidē decreta, paupertas ipsius, & communitas eius erga singulos. CAP. VII.

A Galba in inferiorem Germaniam contra opinionem missus est. Adiutum putant T. Iunij suffragio tunc potenti simi, & cui iā pridem per cōmunem factionis suæ fauorem conciliatus esset, nisi quod Galba præ se tulit nullos minus metuendos, q̄ qui de solo uictu cogitarent: ac posse provincialibus copijs profundam eius expleri gulam, ut cuius euidens sit, contemptu magis, quàm gratia electum. Satis constat exituro uiaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut uxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret: utq; ex aure matris detractum unonem pignerauerit ad itineris impensas. Creditorem quidem præstolantium, ac detinensium turbam, & in ijs Sinuessanos, Formianosq; quorum publica uectigalia interuerterat, non nisi terrore caluminae amouit, cum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti iniuriarum formulam, quasi calce ab

Ablocare, pro alteri locare, siue locacionem soluere.

eo percussus, intendisset, nec aliter quã extortis quinquaginta HS. remisisset. Aduentem male animatus erga principem exercitus, pronusque ad res novas, libens ac supinis manibus exceptit, uelut dono deum oblatum IULI COS. filium etate integra, facili ac prodigo animo. Quã ueterẽ de se persuasionẽ Vitellius recentioribus etiã de se experimẽtis auxerat, tota uia caligatorum quosque militum obuio exosculans, perque stabula ac diuersoria, mulionibus ac uiatoribus præter modum comis, ut manẽ singulos iam ne ientassent sciscitaretur, seque fecisse ructu quoque ostenderet.

Paupertas eius in omnes. CAP. VIII.

CAstra uerò ingressus nihil cuiquã poscenti negauit: atque etiam ultero ignominiosis notas, reis sordes, damnatis supplicia dempsit. Quare uixdum mense transacto, neque diei, neque temporis habita ratione, ac iam uespere subito à militibus è cubiculo raptus, ita ut erat in ueste domestica IMP. est consalutatus, circumlatusque per celeberrimos uicos, strictum diui Iulij gladium tenens, detractum delubro Martis, atque in prima gratulatione porrectum sibi à quodam, nec antè in prætorium rediit, quã flagrante triclinio ex conceptu camini: tum quidẽ consternatis, et quasi omine aduerso anxijis omnibus, inquit: bono aĩo estote, nobis alluxit: nullo sermõẽ alio apud milites usus. Consentiente deinde etiam iam superioris prouinciæ

Caminus
pro furna
tio.

exercitu, qui † prius à Galba ad Senatū defecerat, † Al. prior
 cognomē Germanici delatū ab uniuersis cupide rece-
 pit, Augusti distulit, Cæsaris in perpetuū recusauit.

Principatum inuadit. CAP. IX.

AC subinde cæde Galbæ annuntiata, cōpositis
 Germanicis rebus, partitus est copias, quas ad-
 uersus Othonem præmitteret, quasq; ipse perduce-
 ret. Præmissis agmine letum euenit auspiciū: siqui-
 dem à parte dextra repente aquila aduolauit: iustra-
 tisq; signis, ingressos uiam sensim anteceffit. At con-
 trà ipso mouente, statua equestres cum plurifariam
 ei poneretur, fractis repente cruribus pariter corru-
 runt, & laurea, quam religiosissimè circūcederat,
 in profluentem excidit. Mox Viennæ pro tribunali
 iura reddenti, gallinaceus supra humerum, ac deinde
 in capite astitit. Quibus ostentis, par respondit exi-
 tus: nam confirmatum per legatos suos imperium, per
 se retinere non potuit.

Gesta eius post mortem Othonis, & reditus eius
 in urbem. CAP. X.

DE Bebriacensi uictoria, & Othonis exitu, cū
 adhuc in Gallia esset, audiit. Nihilq; cūctatus,
 quicqd prætorianarū cohortium fuit, pessimi exēpli
 uno exautorauit edicto, iussas Tribunis tradere ar-
 ma. Centū aut atq; uiginti, quorū libellos Othoni da-
 tos inuenerat, exposcentiū præmia ob aditā in cæde
 Galbæ

Galbæ operam, conquiri, & supplicio affici impera-
uit, egregiè prorsus atq; magnificè, & ut summi prin-
cipis spem ostenderet, nisi cætera magis ex natura,
& priorè uita sua, quàm ex imperij maiestate gessis-
set. Nanq; itinere inchoato, per medias ciuitates ritu
triumphantium uectus est, perq; flumina delicatissi-
mis nauigijs, & uariarum coronarum genere redi-
mitis. Inter profusissimos obsoniorũ apparatus, nulla
familie, aut militis disciplina, rapinas ac petulãtiam
omnium in iocũ uertens, qui non cõtenti epulo ubique
publicè præbito, quoscunq; libuisset, in libertatẽ asse-
rebant, uerbera, & plagas, sæpe uulnera, nonnunquam
necem representantes aduersantibus. Utq; campos,
in quibus pugnatum est, adiit, abhorrentes quosdam
cadauerũ tabem, detestabili uoce confirmare ausus
est: optimè olere occisum hostem, & melius ciuem.
Nec eo secius ad leniendam grauitatem odoris pluri-
mum meri propalam hausit, passimq; diuisit pari ua-
nitate atq; insolentia. Lapidem memoriæ Othonis in-
scriptum intuens, dignum eo Mausoleo ait: pugio-
nemq; quo se is occiderat, in Agrippinensem coloniã
misit, Marti dedicandum. In Apennini quidem iugis
etiam peruigilium egit.

Gesta per eum in initio principatus. CAP. XI.

VRbem deniq; ad classicum introijt paludatus,
ferroq; succinctus, inter signa atq; uexilla, sa-
gulatis

Gulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis. Magis deinde ac magis, omni diuino humanoq; iure neglecto, Aliensi die pontificatum maximum cepit. Comitia in decem annos ordinauit, seq; perpetuum Consullem. Et ne cui dubium foret, quòd exemplar regendæ Reipublicæ eligeret medio Martio cāpo adhibita publicorum sacerdotū frequentia, in frías Neroni dedit: ac solenni conuiuio citharædum placentē palām admonuit, ut & aliquid de Domitio diceret: inchoantiq; Neroniana cantica, primus exultans etiam plausit.

Progressus eius in initio principatus. CA. XII,

Talibus principijs magnam imperij partem, nō nisi cōsilio, & arbitrio uilissimi cuiusq; histriionum & aurigarum administrauit, & maximè Asiatici liberti. Hunc adolescentulum mutua libidine constupratū, mox tædio profugum, cum Puteolis poscā uendentem deprehendisset, coniecit in compedes, statimq; soluit, & rursus in delicijs habuit. Iterum deinde ob nimiam contumaciā & ferocitatem grauatus, circumforaneo lanistæ uendidit, dilatūq; ad finem muneris repentē surripuit, & prouincia demū accepta manumisit: ac primo imperij die aureis donauit anulis, super cœnam, cum manē rogantibus pro eo cunctis, detestatus esset scuerissimè talem equestris ordinis maculam.

Comes=

430 C. SVETONII TRANQ.

Poscam) A qua uino in torculari mixta & in acetosi sapore uersa, fit posca, quod potionis genus uocant *οξυσαρον*.

Comestationes & epula eiusdem. CAP. XIII.

Sed uel præcipuè luxuriæ scuitiæq; deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrariam dissipertiebat: in ientacula, & prandia, & cœnas, comestationesq; facile omnibus sufficiens uomitandi cōsuetudine. Indicebat autem aliud alij eadem die, nec cuiquam minus singuli apparatus quadragenis millibus nummum constiterūt. Famosissima super cæteras fuit cœna ei data aduentitia à fratre, in qua duomillia lectissimorum piscium, septem auium apposita traduntur. Hanc quoq; exuperauit ipse dedicatione patinæ, quam ob immensam magnitudinem clypeum Mineruæ, *αιγίδα πολιχης* dictitabat. In hac scarorum iocinora, phasianorum, & pauonum cerebella, linguas phœnicopterum, murænarum lactes à Carpothio usq; fretosq; Hispania, per nauarchos ac triremes petitarum commiscuit. Ut autem homo non profundæ modò, sed intempestiuæ quoq; ac sordidæ gulae, ne in sacrificio quidem unquam, aut itinere ullo temperauit, quin inter altaria ibidè statim uiscus, & farræ penè raptæ è foco manderet, circaq; uiarum popinas sumantia obsonia, uel pridiana atq; semesa.

αιγίδα πολιχης. Id est. clypeum ciuitatis patroni.

Scuitia eius, ac crudelitas. CAP. XIII.

Pronus

Pronus uerò ad cuiusq; & quacunq; de causa
 necem atq; supplicium. Nobiles uiros, condisci-
 pulos, & æquales suos omnibus blanditijs tantum nõ
 ad societatem imperij allicefactos, uario genere frau-
 dis occidit, etiam unum ueneno manu sua porrecto
 in aquæ frigidæ potione, quam is affectus febre popo-
 scerat. Tum foeneratorum, & stipulatorum, publi-
 canorumq; qui unquam se aut Romæ debitum, aut in
 uia portorium flagitassent, uix illi pepercit. Ex qui-
 bus quendam in ipsa salutatione supplicio traditum,
 statimq; reuocatum cunctis clementiam laudantibus,
 coram interfici iussit, uelle se dicens pascere oculos.
 Alterius poenæ duos filios adiecit deprecari pro pa-
 tre conatos. Sed & equitem Romanũ proclamãtem,
 cum raperetur ad poenã, hæres meus es, exhibere te-
 stamenti tabulas coëgit: utq; legit cohæredem sibi li-
 bertum eius adscriptũ, iugulari cũ liberto imperauit.
 Quosdam & de plebe ob id ipsum quòd Venetæ fã-
 ctioni clarè maledixerant, interemit, cõtemptu sui,
 & noua spe id ausos opinatus. Nullis tamẽ infensior,
 quàm uernaculis & mathematicis, ut quisq; deserre-
 tur, inauditum capite puniebat. Exacerbatus quòd
 post edictum suũ, quo iubebat intra Calẽd. Octobris
 urbe, Italiaq; mathematici excederent, statim libellus
 est propositus, et Chaldæos dicere, bonum factum,
 ne Vitellius Germanicus intra eundem Calendarum
 diem

Allicefactos, pro
 allicetos.

Inauditũ,
 indicta
 causa.

† Al. factũ
 est.

dem usquam esset. Suspectus & in mortē matris fuit quasi agræ præberi cibum prohibuisset. Vaticinante Catta muliere, cui uelut oraculo acquiescebat, ita demum firmiter, ac diutissimè imperaturum, si superstes parenti extitisset. Et alij tradunt, ipsam tadio præsentium. & imminentium metu uenenum à filio impetrasse, haud sanè difficulter.

Apparatus exercitus in Vespasianū. CAP. XV.

Octauo imperij mense descuerunt ab eo exercitus Mœsiarum, atq; Pannoniæ. Item ex trās-marinis, Iudaicus & Syriacus, ac pars in absentis, pars in præsentis Vespasiani uerba iurarunt. Ad retinendum ergo cæterorum hominum studium ac fauorem, nihil non publicè, prinatimq; nullo adhibito modo largitus est. Delectum quoq; ea conditione in urbem egit, ut uoluntarijs non modò missionē post uictoriam, sed etiā ueteranorum, iustaq; militiæ cōmoda polliceretur. Vrgēti deinde terra, mariq; hosti, hinc fratrem cum classe, ac tyronibus, & gladiatorū manu opposuit: hinc & Bebriacenses copias & duces, atq; ubiq; aut superatus aut proditus, salutem sibi & uillies H. S. à Flavio Sabino Vespasiani fratre pepigit: statimq; pro gradibus palatii apud frequentes milites cedere se imperio, quod inuitus recepiisset, professus, cunctis reclamantibus rem distulit: ac nocte interposita, primo diluculo sordidatus descendit ad

AVLVS VITELLIVS. 433

ad rostra, multisq; cum lachrymis eadem uerba, ue-
rum è libello testatus est. Rurſus interpellante milite
ac populo, & ne deficeret hortante, omnemq; operã
ſuam certatim pollicente, animum reſumpſit. Sabinus * Al. metu
nũq; et reliquos Flauianos nihil iam t̄ metuens, ui ſu-
cates.
bita in Capitolium compulit: ſuccenſoq; templo Iouis
Opt. Max. oppreſſit, cum & prælium, & incendium
è Tiberiana proſpiceret domo inter epulas, nõ multò
poſt pœnitens facti, & in alios culpam conferens,
uocata concione iurauit, coëgitq; iurare ceteros, ni-
gil ſibi antiquius quiete publica fore. Tũc ſolutum à
latere pugionem, Conſuli primũ, deinde illo recu-
ſate magiſtratibus, ac mox Senatoribus ſingulis por-
rigens, nõllo recipiente, quaſi in æde Concordiæ po-
ſiturus, abſceſſit. Sed quibuſdam acclamantibus ip-
ſum eſſe Concordiam, redijt: nec ſolum retinere ſe
ferriũ affirmauit, uerumetiam Concordiæ recipere
cognomen.

Concordia per eum tentata cum Veſpaſiano.

CAP. XVI.

Svaſit t̄ Senatũ, ut legatos cum uirginibus Ve-
toribus. * Al. Sena
ſtalibus mitterent, pacẽ, aut certẽ tempus ad con-
ſultandum petitueros. Poſtridie reſponſa operienti,
nunciatum eſt per exploratorem, hoſtem appropin-
quare. Cõtinuò igitur abſtruſus geſtatoria ſella, duo-
bus ſolis comitibus, piſtore & coquo, Auentinum &
Ee paternam

paternam domū clam petijt, ut inde in Campaniam fugeret. Mox leui rumore & incerto, tanquam pax impetrata esset, referri se in palatium passus est: ubi cum deserta omnia reperisset, dilabentibus et qui simul erant, zona se aureorum plena circumdedit, confugitq; in cellulam ianitoris, religato pro foribus cane, lectoq; & culcitra obiectis.

Mors eiusdem ignominiosissima. CA. XVII.

IRruperant autem iam agminis antecessores, ac nemine obuium abatur, ut sit, singula. Ab ijs extractus è latebra, sciscitantes quisnā esset (nam ignorabatur) & ubi esse Vitellium sciret, mēdacio elusit: deinde agnitus rogare non destitit, quasi quēdā de salute Vespasiani dicturus, ut custodiretur interim uel in carcere, donec religatis post terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, ueste discissa seminudus in forū tractus est, inter magna rerū uerborūq; ludibria, per totum uie sacrę spatium, reducta coma à capite, ceu noxij solent, atq; etiā mento mucrone gladij subiecto, ut uisendā præberet faciē, ne ue submitteret qui busdā stercore & cœno incessentibus, alijs incendiarium, et patinariū uociferantibus, parte uulgi etiam corporis uitio exprobrāte: erat enim in eo enormis proceritas, faciēs rubida plerunq; ex uinolētia, uenter obesus, alterū femur subdebile, impulsu olim quadrigę, cum aurigati Caio ministratorē exhiberet: tã

D. VESPASIANVS AVG. 439

dē apud Gemonias minutissimis iētibus excarnificatus, atq; cōfectus est, et inde unco tractus in Tiberim.

Interpretatio ostensi. CAP. XVIII.

Perijt cum fratre & filio, anno uitæ VII. quinquagesimo: nec sefellit coniecturam eorum, qui augurio, quod factum ei Viennæ ostendimus, non aliud portendi prædixerant, quàm uenturum in alicuius Gallicani hominis potestatem: siquidem ab Antonio primo aduersarum partium duce oppressus est. Cui Tolose nato cognomen in pueritia Beco fuerat, id ualet, gallinacei rostrum.

▷ SVETONII

TRANQVILLI

D. Vespasianus Augustus.

De gente Flauia, & Vespasiani
progenitoribus.



REBELLIONE trium principum, & cæde, incertum diu, & quasi uagum imperium suscepit: firmavitq; tandem gens Flauia obscura illa quidem, ac sine ullis maiorum imaginibus, sed gamē Reipu. nequaquā pœnitenda, constet licet Do-

Ec 2 mitianum